Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



149

uero corpus eius intelligere maxime qui eum
predicaturi sunt. Qui de terra ascendere dicunt.
quia de terrenis commodis et diuitiis quas possidebunt in superbiam deuabuntur. De terra quippe est
ascendere p terrenis rebus in superbia erigi. Et
habebat cornua duo similia agni. Agnus xpc est.
de quo iohs dicit. Ecce agnus dei. Duo eius cornua s
innocentia et uera pura doctrina et miracula. Ista
duo cornua simulabunt se habere ministri anti xpi.
innocentia scilicet et uera pura doctrina et
miracula. quo quod xpc et eius ministri habent in
ueritate. isti habebunt simulate. Et loquebatur
sicut draco. idem sicut olim diabolus p serpentem ma
la psuasione locutus est muliebri. p qua decepit uiri
ta et isti sua praua doctrina omis quoscumq; possunt
seducunt. et a fide xpi separant. et cum sint seuissi
mi dracones uirus nequicie suis auditoribus infun
dentes. agnos se esse simulant. ut agnos decipere ua
leant. Assumunt agni speciem. ut draconis possint
exercere operationem. Et potestatem prioris bestie
omnem faciebat in conspectu eius. Quia sicut anti
xpc uiri fraude blandimentis et doctrinis terro
ribus et tormentis decipit. ita et omis eius ministri.
Quid est autem quod dicit in conspectu eius. Humq̃d
enim pdicatores anti xpi semp in eius presentia ma
nere poterunt. Non. Quin potius discurrent per
uniuersas mundi partes pdicando. Sed ubicumq;
sint ita ea facere studebunt que illi scium placita.
quasi semp ab eo uideant et in eius conspectu esistant.